et postea assumpta. sed concepta et assumpta simul. Aliud dubium. Scoto in iii di. ii in principio dicit. Veris simile et absque ulla ambiguitate dicit et tenendum est quod quicquid deus homo assumpsit totum assumpsit simul quia simul sibi univit animam et carnem. Nec caro fuit prius concepta et postmodum assumpta. sed in conceptione assumpta et assumptione concepta. sicut unicuique anima creando infundit et in infundendo creat etc. sedens super asinam et pullum. i. cum deitate carne et anima venit in virginis uterum. Sed queritur utrum christus incarnatus fuisset si homo non peccasset. dico cum glossatore libri iii sententiarum. distinctione prima. Quod circa istam questionem opiniones doctorum sunt diverse. Quidam dicunt quod propter peccatum hominis christus assumpsit carnem mortalem et passibilem. sed si homo stetisset et non peccasset. christus non assumpsisset carnem passibilem sed carnem simul quia incarnatio est propter alia mala quam ad quam sit ablatione. Unde dicit Anselmus in libro Cur deus homo capitulo 8o ut supra dictum est. Alii dicunt quod si homo stetisset et non peccasset christus incarnatus non fuisset. Et dicunt ideo quod incarnatio est opus superare dentis conditionis. Et si dubium non fuisset christus non fuisset incarnatus nisi permisisset contrarium oppositum sed incarnationem consequentem et restaurandum. Unde magister dicit homo perdidisset sine. magis decet eo adtrahere descendisset. Inter has opiniones licet prima magis videtur iudicio communis. Iam tamen prima

consonat pietati et fidei quia auctoritatibus doctorum et scripture plus concordat quia tam novum quam vetus testamentum cum loquitur de incarnatione domini reddit hanc causam et rationem liberacionis generis humani. Cum ergo sacra scriptura nobilissima et potentissima liberacionis generis humani adeo quod lex sacra opinio sit consona sibi sacra plus concordat. quia deus plus honorat et affectum nostrum plus inflamat. Ideo hanc credo esse tenendam. Origenes.

Quinti sequitur

[illegible] i sole et luna et stellis et in terra pressura gentium pre confusione sonitus maris etc. Luce 21. Augustinus in sermone 33 super Lucam et in libro de verbis domini sermone 2 dicit. Duobus modis homines periclitantur et sperando et desperando. Verbo quiescens sperando decipiunt qui dicunt bonus est deus. misericors est deus faciam quod michi placet. quia bonus et mansuetus est deus. spe iniquitatis. Desperacione autem illi qui cum gravia peccata fecerint penitentibus se statuerint condempnandos sine dubio obstinati dicunt apud se ipsos. Iam dampnati sumus quia quod volumus faciamus etc. Istos desperacio necat. Spes illos. Gregorius. Sed ne quos timor suppriment in desperacione ideo sancta mater ecclesia in primo dominica adventus proposuit de adventu christi in carne. per quem nobis spes datur eterne salutis. Et nequis presumpcionem formactum